

DISPOSITIONES HOMILETICÆ

In

TEXTUS POENITENTIALES,

Dierum Solennium Precum,

Anni 1708.

Die 1. (a. d. 24. April.)

Concio I.

Araſe. Psal. 119; 133. Voto hoc via devotè sternenda ad sacrum pænitentiale opus: quod eo magis nobis incumbit, quo hanc ætatem peccatis nimium indulgere proh dolor! videamus. Duo S. Vates à Spiritu Dei petit: iugum directionem: Domini iniquitatis aversionem. Primi gressum ipsum, hujus modum & medium tradit. Per gressus in Scriptura motus omnes, tam interni quam externi, actiones omnes & negotia intelliguntur; ita enim accipitur vox in fontibus occurrentis, Psal. 57:7. ne his gressus vacillent, orat David in praesenti loco. conf. Psal. 17:5. Modus est divina horum directio, ut ita a Deo dirigantur & confirmantur, ne instar ægri vacillet aut titubet, tanquam in lubrico aut in incerto, sed medium spiritus tramitem teneat, ne ad destram vel sinistram inclinet, sed ut lux & veritas divina illum ducant; Psal. 43:3. Ut instar montis ad carnis illecebras stabilis & inconcussus maneat; ita enim vox יְהוָה Psal. 65:7. accipitur conf. Pro. 21: 29. Medium est optimum & efficissimum, Verbum Domini. Desiderat ut ad hoc rota ipsius componatur vita, hoc ipsum sustentet, Psal. 119: 116. hujus consolatione in adversis & calamitatibus animum erigat v. 50. &c. Confirmatis jam gressibus, Dominii iniquitatis aversionem in posterum plena fiducia petit: ne dominetur &c. h. e. ne ulla iniquitas vel quæ hujus aliquam speciem habet, jugum mihi imponat, sed ut in Te per Te & cum Te suppressa iniurias stimulos, & tanquam vere restituti tibi serviam in sanctitate & iustitia, Luc. 1: 75. Hanc Divini Vatis orationem

A

cor.

1115

cordi & animo inscribamus, hoc die gressus nostros in Deo per veram poenitentiam in fide confirmando, & ad nomen Dei tanquam arcem inexpugnabilem currendo, Prov. 18: 10. Justitia Christi imbuti in spiritu ambulando, carnem cum voluptatibus & cupiditatibus crucifigendo. Gal. 5: 16, 24. Hac ratione & Deo & Regi quæ sua sunt tribuuntur, plurimus Rex pio consilio, piisque mandatis & proprio exemplo hoc nobis iudicet, sacrique quos prescripsit Textus ansam nobis dant in Domino caute & prudenter ambulandi, nihil propriis viribus dando, quod etiam in Textu nostro videmus.

TEXTUS Prov. 16: 9.

EXORD. Eccles. 3: 10, 11. vid. Falc. A. 1668. p. 65. & 66. A. 1690. p. 636

In Textu traditur

Homo vias suas proponens: DEUS easdem disponens.

vot. Psal. 25: v. 4, 5.

Quemadmodum divina providentia circa sustentationem & conservationem rerum creatarum occupata est; ita quam maxime hominem respicit, Act. 17: 28. Actiones & vias nostras dirigit; Penes hominem tantum est libertas in civilibus proponendi, penes Deum vero proposita gubernandi, ita ut vel permittat, vel impedit, vel promoveat. Textus noster, qui duobus membris absolvitur, autithelin quasi nobis sicut. Hominem cum suis negotiis & Deum cum tua directione.

I. In homine, proponente observ. (α) *Agens*, Cor, quod hic pro ipsa anima adeoque pro intellectu & voluntate ponitur. Prov. 4: 3. & 7: 5. (β) *Actionem ipsam*, quæ est excogitare vel supputare, accurate rationes inter se conferre, & consilia omnia ad calculum humanæ prudentiæ accurate revocare; id enim vult $\Sigma\pi\pi$, quod de accurata rerum præteritarum remembrance, ut Psal. 77: 6. & de expediendarum sollicita dispositione, Psal. 119: 59. accipitur; item de proposito cognoscendi aut inveniendi aliquid, Psal. 73: 16. (γ) *Objectum*, *via ipsius*, viarum nomine omnes hominis actiones & negotia ad certum scopum tendentia insigniuntur. Psal. 37: 5. Hæc via est varia, est enim vel via ipsius hominis, seu electio & conatus in rebus externis, que si à DEO non dirigatur, fit tenebrae & lubricum Psal. 35: 6. vel est *via mandatorum DEI* quæ piorum est, Psal. 1: 6. & 25: 4. & 119: 32. in qua homini nullum liberum arbitrium. Denique est *via peccatorum*,

Psal.

Psal. 1: 1. & 119: 29. quæ DEI nullo modo est. In his viis cum èoneurso
DEI generali cogitat & proponit homo opera naturalia, cum superna-
turali supernaturalia cogitat. In his omnibus videmus

176.
178

II. DEUM easdem disponentem. Vid. (a) *Disponens* est DEUS
potentissimus sapientissimusque, penes quem solum situm est illas dis-
ponere. Men HENren allena re. Psal. 115: v. 3. *Dispositio ipsa confir-
matione & directione absolvitur.* Confirmat DEUS vias hominis, si
actiones placeant, si displiceant permittit solum. Dirigit, in bonum
puta finem, cum aliquid in honorem Dei & in ejus timore suscipitur.
יְהָוָה tam confirmandi quam dirigendi notionem habet. conf. 1. Sam,
13: 13. 2. Paral. 12: 14. Prov. 8: 27. Psal. 119: 133. Jer. 10: 23. (γ) *Dispositi-
onis objectum, gressus,* יְהָוָה qui viæ respondent, per hos non tam fa-
cultaſ locomotiva, quam potestas eventum, & determinatio finis
intelligitur; Studia etiam & conatus quoſcunq; includunt. Hos jam
DEUS approbat, si sint boni, & si ita sapientia divina videatur: di-
rigit, si mali alio eos ordinat, inhibet vel eventu operato privat.

Uſus Didascalicus. Quanta sit divina gratia quod actiones no-
stras sua providentia dignetur, & nostri indesinenteſ agat curam,
non tantum vitam nostram sustentando, sed etiam actiones & consilia
inspiciendo & dirigendo. Act. 17: 28. Psal. 139 1, 2, 3, 4, 5. Prov. 20: 24.
Elenchiticus, contra illos qui fato omnia fieri impie autumant,
vel actiones humanas ex casuum incertitudine metiuntur. Quo ipso
vim inferunt providentia divina, & dictis Scripturæ in priori uero ad-
ductis, & infinitis aliis. Contra Epicureos & Atheos qui omnem Nu-
minis sensum sibi exuunt, sine DEO in mundo vivunt, Eph. 2: 12;
Psal. 14: 1 &c.

Epanorthoticus, contra modernos Christianos, qui licet sciant
DEUM vivere, Psal. 18: 47. & curam hujus universi agere, nihil tamen
adversi perferre volunt, de gratia & providentia Divina desperant, im-
patienter se gerendo; cum tamen DEUS omnia suo tempore bene agat &c.
Eccles. 3: 11. Qui propriæ prudentiæ, sagacitati & experientiæ fidunt,
non contenti viarum Divinarum sapientia. Prov. 20: 18.

Pedanticus, ad firmam in providentia divina spem. Viæ o-
mnes, gressus & consilia, ipsi soli committenda, ipse faciet. Psal. 37: 5.

1112.

Prov. 16: 3, conf. Prov. 3: 5, 6. & in Fas. Homilet. pag. 306. nec non
 Prov. 16: v. 20, pag. 534. Non enim est sapientia &c. contra Jehovahm,
 Prov. 21: 30. nec est homini via ejus, nec viro ambulare aut firmare gressu-
 sum suum. Jer. 10: 23. excitabit nos ad hoc ipsum manifestum Divinæ
 providentia signum, quod turbulentio hoc rerum statu providam no-
 stra agat curam, nec in voluntatem hostium nostrum nos det, quod &
 Regem piissimum nobis incolumem conservet, qui regio exemplo ad
 veram in DEum confidentiam nos dicit, quod vel hic ipse Textus a-
 bunde doget. Tantum ergo Regem piis precibus divinae providentia
 tuendum trahamus, ex Psal. 20. toto.

Conolatorius, pro iis qui calamitatibus sunt obnoxii, qui verba
 El. cap. 49: 14. sua faciunt; certo certiores esse possunt DEum suum
 esse Patrem El. 64: 16. & cum mætore obruti videntur, sub clypeo altissimi
 tamen latente, vid. Psal. 91. totum Robur eorum est Jehovah in tempo-
 re angustie, Psal. 37: 29, 30. ut tandem plene liberati, cum Syracide in
 laudes Dei erumpere valcent. cap. 51: 1, 2, concl. cap. 50: 24, 25.

Concio II.

Paraſc. Psal. 132: 7, 8, 9. vid. Falcicul. Homilet. An. 1683, die IV.
 Conc. II. pag. 412. Quemadmodum David in cultu sacro Ecclesia
 safa DEO imprimis commendari vult, ita & nos ad scabellum Domini
 procumbentes, oremus ut digne agamus de iis quæ ad Ecclesiæ felicita-
 tem pertinent, &c.

TEXTUS. Elai. 62: v. 6, 7.

Elai. 60: 10. hoc dictum nos dicit in jueundissimi Textus piam
 considerationem, quia eodem spiritu propheticō, & de te eadem ut-
 rumque prolatum est: Not. (1.) *Cui datur promissio*, scil. Ecclesia
 Nov. Testam. Illi per plurimæ promissiones per Prophetam nostrum da-
 te sunt, imo in hoc capite, v. 1. & seqq. (quæ loco Lectionis Epistoli-
 ce festo Epiphania tractari solent) & Elai. 59: 20. & sæpe alias no-
 mine Zilonis celebratur. (2.) *Quid promittitur*; (a) *edificatio muro-
 rum sec.* Hebr. *edificabunt filii alienigenæ* (sic Elai. 56: 6.) *muros tuos*
indicatur hisce vocatio gentium, Elai. 14: 1. &c. Et quia muri sunt in or-
 namentum ac præsidium urbium, ideo *edificantes* sunt qui salutare

DEI cognitionem vid, Esa. 26:1. docent & promovent. Esa. 49:17.
 & peculiariter de Apostolis exponitur. I. Cor. 3:10. conf. Esa. 61:5.
 3). Adjumentum a Regibus. Iibi notand. יְשַׁרְתָּנוּ ministrabunt tibi:
 Vox usurpatur non de servili opere, sed de illorum qui in primaria
 dignitate ministrant. e.g. Esa. 1:10. hinc in Grac. παρασήρβοισι σοι,
 assistent tibi, g̃bra tig assistance, ut nunc est mos loquendi; hinc
 nutritus Ecclesia Reges vocantur. Esa. 49:23. (3) Promissionis causa,
 scil. DEI misericordia; quia in ira quidem mea percussi te, sed in bene-
 placito meo misertus sum tui: DEus propter peccata castigat. Esa. 17:17.
 Jer. 30:14. Thren. 3:1. quoniam vero id paterno agit animo, & non per-
 petuo irascitur. Psal. 103:9, 12, 13. ex gratia & misericordia sua rursus
 Ecclesia benefacit, non propter ullum hominum meritum. Esa. 12:1;
 & 57:18. Syavissime DEus ipse de ira sua & miseratione loquitur. Esa.
 54:7, 8. In Nov. Testam. per diffusam Evangelii prædicationem, ma-
 xime misericordiam suam declarat, ideo tempus beneplaciti vocatur,
 Esa. 49:8. 2. Cor. 6:2. Quam hic tradit. Esa. iaz. promissionem, illam
 Ecclesia Evangelico-Lutherana, qua vera fide & sincera secundum ver-
 bum DEI confessione, in orbe Christiano, DEum colit, in primis sibi fa-
 ëtam lætatur. Patria nostra ab exterris ad se delatum Evangelium ante
 tot secula, quasi à filii alienigenis accepit, ejusque prædicationem per
 bina hæc secula à Pontificiorum tenebris, aliorumque hæreticorum cor-
 ruptis repurgatam, per DEI gratiam habet, tib⁹ curamagnorum
 REGUM; Estque illa nunc SACRA R. Matis Regis nostri clementissimi
 latus, quod non solum apud nos Divino zelo Ecclesia bona constanter
 promoveat, sed & eximia Ecclesiæ orthodoxæ parti apud exteros in
 Silesia, priorem Evangelii libertatem glorioſissime procuraverit. Nobis
 itaque & illi dictum est, adiſcabunt filii alienigenæ muros tuos, &
 Reges ministrabunt tibi, imo erunt, Divina dirigente clementia, in
 ajutorium; Post dira illa quæ isti, etiam in rebus sacris ultra 76.
 annos, assi sunt, iam canere possunt ex Esa. 12:1. Inter tempo-
 rales afflictiones, quas nos cum concubis nostris in regni limitibus,
 per octennium bellicum sustinuimus, alter primi diei pœnitentialis
 textus nobis spem facit DEum post plagas in ira inflictas, nobis ex
 misericordia sua porro bene facturum: promissa quippe hic est.

Ecclesiaz Evangelicaz insignis felicitas.

1119

Vot. Psal. 68: 29.

Bis in textu Hierosolymæ fit mentio, ideo omnino sciendum, quod non de celeberrima illa Palæstina urbè, cultus Divini & Regum Iudeæ sede sub Vet. Testam. hic literaliter agatur, quod Judæi volunt, & ne quidem in typo, ut nonnulli interpres Christiani existimant; Verum ut v. 1. DEI Filius de Ecclesia Nov. Testam. nomine Zionis & Hierosolymæ insignita, magnificam promissionem profert, ita in textu nostro ostendit, qua ratione illam implere vult, ideo adhibet nomen Zionis & Hierosolymæ, quia exinde præconium Evangelii exiit. Esai. 2: 3. addit. Luc 24: 47. Act. 1: 8. appella nr proinde Ecclesia Christiana Hierosolyma que sursum est, &c. Gal. 4: 26. & sub nomine Zionis sæpe venit, Psal. 2: 8. Heb. 12: 22. Apoc. 14: 1 proinde & hic Hierosolyma de Ecclesia Nov. Testam. literaliter intelligenda: Et quia inter reliquos coetus Christiano nomine insignitos, Evangelica nostra jure sibi vendicat Ecclesiaz veræ prærogativas, hinc ob promissam felicitatem merito gaudemus: spectatur v. illa

I. Quoad Vigiles: Iudei & quidam Patrum hic intelligunt Angelos, qui certe natura insomnes, & in custodia piorum sunt indefessi. Gen. 32: 1, 2. 2. Reg. 6: 17. Psal. 34: 8. & 91: 12. Matth. 18: 10. Hebr. 1: 14. Verum vix reperitur de illis vigilum nomen, nam quod allegari solet ex Dan. 4: 14. de consilio S. S. Trinitatis capi debet, Jer. 32: 19. neque angelii in Ecclesia prædicantes sunt vel orantes, proinde hic de hominibus sermo est, in Ecclesiaz usum salutemque vigilantibus, quod etiam intelligi potest de Regibus, & Magistratu politico, Ecclesiaz commoda promoventibus, ut jam andivimus; qualis vigilauta & cora, in pīs super populo DEI, sub Vet. fœdere Regibus, celebratur: David de se Psalm. 132: 3, 4, 5. non ascendare supra spondam strati mei, non dabo somnum oculis meis usque dum invenero locum Iehovæ &c. Quoniam vero hic de interna Ecclesiaz felicitate sermo est, communiter de Doctribus Ecclesiaz Nov. Testam. textus noster exponitur, imprimis de Apostolis à Christo missis, Joh. 20: 21. alisque, quorum officium & laus est in vigilando pro gregis salute, Elai. 52: 8. Jerem. 6: 17. Hebre. 3: 17. & 33: 7. Actor. 20: 28. Hebr. 13: 17. In eo autem consistit

sistit Ecclesiæ felicitas quod habeat. (α) *Vigiles à D E O ordinatos*
Ego constitui: Promissio est gratiola, & tempore Prophetæ
de beneficio futuro, propter certitudinem suam in præterito
prolata, at per omnia Nov. Testam. secula, ut beneficium jam
collatum celebretur: Ephes. 4: 11. à DEO autem sunt constituti,
Hebr. 5: 4. (non ipsi currentes Jer. 23: 21.) & quidem super muris Hierosolymæ
lyme: quemadmodum vigiles urbium, in muris vel locis excelsis sta-
re solent, 2. Sam. 18: 24. conf. Habac. 2: 1. De muris Ecclesiæ, leg. Psal.
48: 13, 14. & 51: 20. hinc de vigilibus in monte Ephraim, Jer. 3: 6. & nomina Apostolorum in fundamentis muri Hierosolymæ coelestis,
*Apoc. 21: 14. (β) *Vigiles non tacentes*, sed vel ad populum loquentes,
verbum DEI annunciendo, Actor. 20: 20, 27. informando, ibid.
v. 21. redarguendo, Esai. 58: 1. consolando, Esai. 40: 1, 2 vel ad DEum,
pro populo orantes. Quo duplici sermonis genere maxime occupentur
sinciéri DEI ministri. 1. Sam. 12: 23. Actor. 6: 4. ita de horum diligen-
tia: thes som icke tiga stola hvariden Dag eller Matt. Hebr. tota die
3 tota nocte jugiter non rasebunt, Actor. 20: 31. 1. Thess. 3: 10. 2. Tim.
*4: 2. (γ) *Vigiles indesinenter orantes*: och thes som på HErran tåndia/re.*
Hebr. Vos commonefacientes Jehovam: G som påminnen HErran;
ne sit vobis silentium: verbum quod hic in plurali legitur, in singulari
notat commemoratorem, in versione Sevetica, redditur: Canceller,
2. Sam. 8: 16. 1. Reg. 4: 3. Esai. 36: 3. &c. qui negotia regni coram rege
produceret, & ut de iis regium obtineret responsum, submisse moneret,
Ex eadem voce inscribuntur, Psal. 38. & 70. ad commemorandum, till at
påminna / quod respectu DEI non ideo fit, quasi alieus rei imme-
mor sit, Hebr. 6: 10, vel Ecclesiam suam negligat, Esai. 49: 14, 15: sed
quod adiri & rogarí vult: ut homines fidem & spem suam humili
desiderio declarent, Phil. 4: 6. vid. Psal. 102: 1. De Hierosolyma terrena
exemplum ejusmodi commonefactionis est, Zach. 1: 12. Ecclesiæ v.
sive Hierosolymæ spiritualis, apud DEum precibus suis s̄æpe mentio-
nem fecit Paulus, Ephes. 1: 16. Phil. 1: 3, 4. Col. 1: 3, 9. 1. Thess. 1: 2, 3. &c.
Quæ assiduitas in precibus porro requiritur hic v. 7. Et ne detis illi
silentium: scil. JEHOVÆ v. 6. Egit enim in altero hemistichio vers.
preced, de precibus vigilum, monitum illud jam continuatur, ideo
*enim**

etim oporet instare apud DEum & contendere a fratribus precibus,
Luc. 18: 1. 1. Thess. 5: 16. ut successum præbeat laboribus nostris, qui
inutiles alioqui forent, Joh. 17: 17. 1. Cor. 3: 6. Ephes. 6: 19, 20. Col. 4: 23;
2. Thess. 3: 1. vid. B. Calov. Bibl. illustrata,

II. Quoad totam Ecclesiam: till thes 2t. Hebr. Donec prepara-
verit, & donec posuerit Hierosolymam in laudem in terra: Est gratia Di-
vinæ & potentiae opus; Dominum prædicabunt, & constanter illum
invocabunt custodes, a Domino vero Ecclesia præparatur, propaga-
tur & conservatur. Esai. 54: 11, 12, 14. & hic Esai. 62: 1, 2, 3, 4, 5: per
& propter Dominum IESUM, Ecclesiæ caput. Ephes. 1: 22, 23. & 1
23, 27. Eritque per universum orbem gloriofa in Christo, quem u-
salutem suam indeſinenter laudabit, Esai. 62: 11, adde Pſal. 67: 3, 4
& 102: 22, 23. Esai. 60: 9. & 61: 9, 11.

Discamus hinc, quam benigna sit DEI de Ecclesia sua cura,
quantamq; diligentiam a ministris ejus exigat. Et cum illa sit servo-
rum Iesu ab eo constitutorum dignitas, quo i vigilis & custodes vo-
centur, quod sint DEum commemorantes & quasi DEI Cancellarii,
quod stabilitamentum & gloriam Ecclesiæ DEus per illos procuret,
utique proclive est hinc ἐλέγχειν iniquissimas calumnias que vel in plu-
ritos innocentes, vel in totum Ministerium ab impiis hominibus,
& à secta pietistarum hypocritica, proterve conſciuntur. Epanorthō-
ſin hinc quoque capiant ministri Ecclesiæ, vel muti, Esai. 56: 10. seqq. vel
in officio legnes, Jer. 48: 10. vigilum nomine indigni. Ad informatio-
nem v. imprimitur texrus noster, etiam ex Instituto S: A: R: B: Maj: tis
illum ordinantis, (1) Ut de Ecclesiæ salute & gratia cœlestis nobis con-
cessa salutari uisu maximè simus solliciti, Matth. 6: 33. hic scopus et
gloriosissimarum SUÆ MAJESTATIS actionum, ut non modo in
Regnis hereditarilis, felix conservetur Ecclesiæ status, per Divinum
zelum contra heterodoxiam quamlibet, per Regiam curam pro Aca-
demis, Gymnasii, Scholis, ac toto ordine Ecclesiastico, per mu-
nificientiam singularem, etiam non ita pridem in promovenda splen-
dida S. Bibliorum editione, sed & in aliis regnis: In translatio im-
perio Polonico ad novum Regem, id imprimitur Rex noster clemen-
tissimus, ut per solennem cum Rege & Republica Polonia pacificatio-

nem,

nem, Evangelico-Lutherani pristinam in Polonicis ditionibus consequentur religionis suae libertatem. Estq; in admirationem totius orbis Christiani factum, quod S. R. M:tas anno superiori per transactionem cum Cesare Romano, impetraverit consortibus religionis nostrae in Silesia inferiori & superiori, per 76. fere annos Jesuitarum aliorumque Papae Romano addictorum, artibus & malitia oppressis, liberum & publicum fidei ac confessionis suae exercitium. Reddita sunt templa & pœdagogia magno numero, & à cultu idololatrico Pontificio repurgata, sublatumque est jugum & disrupta laquei, quibus curia Romana, orphanorum aliorumque possessiones antea iniquissime capiebat, quibus quoque circa ministrorum Sacrorum electionem, infantum baptismationem, nuptias & sepulturas quorumlibet, nec non quoad cœsus alios, conscientiis gravis erat: spretis a clero Romanensi statutis Cæsareis, Ferdinandi III, de 30. Maii 1635. nec non instrumento pacis Osnaburgensi, An. 1648, quo solenniter art. 5. cautum fuit, ne quid Silesii Aug. Conf. recipientes, in ditionibus ibi nominatis paterentur in puncto religionis. Violentia & crudelitati Pontificia, de qua Evangelici Silesii prolike suis gravaminibus conqueruntur, obicem DEO ponere placuit per REGEM NOSTRUM AUGUSTISSIMUM, & per EJUS MAJESTATEM liberrimum reddere in tot templis restitutis Evangelii Ionom, & verorum Sacramentorum usum, ut secundum textum nostrum, Hierosolymæ Silesiorum vigiles non tacere debeant, eum & illa à DEO sic parata & confirmata sit, in laudem per universum orbem Evangelicum, & nobiscum pro vita & incolumitate S:Æ R:Æ MAJESTATIS vota pia constanter nuncupent! (2.) Ut illi quos & Deus alibi vigilis constituit, serio pro animarum salute vigilant, 1. Pet. 5: 1. ne tacent, sed in docendo, ut supra dictum est, sint assidui, Jerem. 1:17 & 26; 2. Jonæ 3: 2. 1. Thess. 2: 2. 1. Tim. 4: 13. &c. (3.) Ut simul orent velut Deus laboribus eorum benedictionem addere, Col. 4: 4 (4.) Neque faciendo negligent DEI invocationem pro Ecclesia, pro REGE 1. Tim. 2: 2. & grege Joel. 2: 17. Amos 7: 2, 5. (5.) Ut Ecclesia in laudem sit in terra, studiose caveant ne ipsi vita inhonesta corruptant coetum Domini, Rom. 2: 23, 24. 1. Tim. 3: 3. sed abstineant ab omni re turpi, 2. Cor. 4: 2. etiam a specie mali, 1. Thess. 5: 22. nec, quod excusatius non-

nulli existimant, nimirum se curæ rei familiaris trahant, Ephes. 5: Col. 3: 5. memores dicti S. Bernhardi ad antistitem quendam: memen-
salvatorem Iudam æconomum habuisse. (6.) Ut auditores suos ab omni-
um generum vitijs sedulo hortentur, ne cum Ecclesia DEI in laudem
posita sit, per impietatem & corruptos membrorum Ecclesie morei
deturpetur. 2. Cor. 11: 20, 21. (Hic pio zelo proratione auditorum, quilibet
animarum Pastor, die hoc pœnitentiali, serio agat, docendo quæ facienda
sunt, quæ fugienda.) Insigne v. solamen ex hoc textu omnes capi-
mus, quod Dominus semper Ecclesie suæ gerat curam, & dum pli
precibus ac vera fide ad illum configimus, etiam apud nos verbum
suum perpetuo audiri faciet, Etaj. 59: 21. vigilesque idoneos constituet
Jer. 3: 15. qui sub exoptatissimi REGIS tutela nos instruant, utque
in pace vivamus, sicut mox post textum, Etaj. 62: 8, 9. legitur, donec ad
coelestem Hierosolymam perducamur, Hebr. 12: 22, Apoc. 21: 2, &c.

Concio III.

Paraſc. Gen. 32: 10. Patriarcha propriam indignitatem confiteatur, &
beneficiorum Divinorum Majestatem devote celebrat. Jag är för-
ringa till all den Varmhertighet ic. קָטְנַתִי minor sum, fatetur se
ne unicum quidem ē manu DEI meruisse beneficium. Plurima
ē manu DEI acceperat Jacob, quæ ex ipius peti possunt Hi-
storia, conf: Syc. 44: 26. Ipsam beneficiorum Majestatem em-
phaticē indicat, minorem se esse omnibus חָסְרוּ miseratio-
nibus in plurali &c. Nos majori jure, Patriarcha verba misericor-
diaz Divinæ debemus; non enim tanta ac ille fidel gaudens
menturā, nec in tanta vitæ sanctitate ambulamus, tamen
multas miserationes & beneficia Divina experti sumus; Patientia
enim & longanimitatis Divine divitias læpius contemnendo Rom. 1: 4.
In specie beneficia Divina nobis præstata, vid. in Falc. Hom. p. 548.
& 549 hoc ergo die, in vera pœnitentia misericordiam DEI conside-
rabimus, & beneficia Ipsi ex Textu pli & devote celebrabimus.

TEXIUS. Psal. 107: v. 43.

EX.

EXORD. Psal. III: 2. Eximus Psalmus in quo mirabilia DEI
 canit David , Psal. 40: 6. & plenà fide cornu salutis sue , Psal. 18: 2.
 extollit. Instar omnium in genere laudis divina sunt Psal. 103; & 118
 toti, &c. in quibus quilibet pius certissima misericordia Divinæ videt
 vestigia. Idem Psal. III: 2. ubi magnitudinem operum Divinorum, &
 utilitatem ex horum consideratione redundantem, nobis ob oculos ponit.
 Stoer är Herrans wärct h. e. quicquid Deus agit in hoc universo,
 vel in Ecclesia conservanda, hoc omne immensam Ipsiis potentiam, sa-
 plentiam & clementiam loqvitur. conf. 9. 10. Psalm. 145: 3, 4, 5, 6,
 7, 8, 9. vid. Falc. Hom. p. 619. ad horum considerationem Psal. 66: 5. &c
 46: 9. & prædicationem Psal. 96: 3. 4. admonemor. Ex his non exigua in-
 nos reducunt utilitas: Then som uppå them achtar ic exquisita & amabi-
 lia quoad desideria ipsorum, sc. fidelium. v. i. quod singularem autagere
 lacram & internâ animi requiem infert; Idem in Textu habemus ubi not.

Beneficiorum Divinorum accuratam considerationem :

Horum utilissimam manifestationem

Totus Psalmus insigia Dei opera contiset, & beneficia mortalibus
 in variis casibus præstata: (1.) Pauperibus & miseris ad v. 10. (2) Captivis, ad
 v. 17. (3.) Egrotis, ad v. 23. (4.) In insufragio constitutis ad v. 33. (5.)
 Annonæ caritate pressis ad v. 39. (6.) Oppressis ad v. 41. Hæc summis
 extollit laudibus, & eorum accuratam considerationem lavat. Quæ con-
 sistit in sapientia & observantia. Exclamatione emphatica querit: Quis
 est sapiens? ubi vel dolorem suum insinuet, quod cum omnes sapientes
 videri velint, paucissimi tamen sint Divina sapientia imbuti; votum
 ergo videtur concipere: O utinam omnes ita sapient, Deut. 32: 29. ut
 beneficia Divina a me hic narrata, & reliqua vera sapientia estimarent; vel
 si aliquis esset sapiens, quod per Divinam gratiam sperari potuit, is ipse
 id ageret, ut beneficia Divina rite ponderaret. Hæc vera est sapientia, qua
 nihil desiderabilius, & quæ in æternum manet, vid. Psal. III: 10. quæ quoq;
 ex timore Dei fluit, Prov. 1: 7. & 9: 10. Syr. 1: 16. Observantium etiam re-
 quirit. Och behåller thetta נְשָׁמָה & custodiet illa, ita ut vias Do-
 mini accurate percipiat, ejus beneficia perpendat, judicium secundum
 verbū Dei de iis dextre ferat, ne memoria nunquam excidant, conf. Eccl. 8:
 verbo; ut Divinam hanc theoriam sacra excipiat praxis. Jac. 1: 21 - 25.

Dum

1125. **D**um ita sapientia & observansia accurate considerantur beneficia
Divina, gratiis amicorum manifestationem promittit Spiritus DEI,
וְתִבְנֵנָה & intelligent. Ubi ipsa Perceptio & hujus Objectum consid.
Perceptio est accurata cum actu reflexo, in perceptione & cogitatione e.
jus quod homo considerat, habet enim בַּזְבֻּן hoc in loco intendendi noti-
onem ex hithp. vid. El. 52: 15, Psal. 37: 14. & 119: 95, 100, 104. Objectum
perceptionis sunt ipsa beneficia & misericordie Divinae
חֶסֶד וְרוֹתָה hiltu många Wålgärningar. Hæc est utilitas ex sapienti & accura-
ta operum Divinorum consideratione. Ubivis luculentissime Dei grati-
am & veritatem deprehendent, Psal. 117: 2, nec unius misericordiae Di-
vinæ manifestatione piorum reficietur cor, sed beneficiorum cumulos ex-
perientur, många Wålgärningar / NB. misericordia Davidis, 2. Chro. 6:
42. El. 55: 3. unde in veram Dei agnitionem, hujus laudes & misericordia-
rum Divinarum prædicationem semper adscendent. Pl. 89: 2. & 107: 1. &c.
vid. Falc. Hom. p. 322. seqq.

¶ 86. 12, 13. **U**isus: Misericordia Divinæ opus & hoc est, quod memoriam benefi-
ciorum suorum nobis concederit, & hæc ipsa nobis adhuc gratiæ mani-
festet. Horum demum consideratio vera est sapientia & radix vitæ æ-
ternæ, Sap. 1: 3, conf. Psal. 1: 2. Damnantur, qui nullam beneficiorum
Divinorum rationum habent, Elai. 5: 12. Jer. 4: 22. cum tamen præter lu-
men revelatum etiam naturale illos de his exstruere possit. Psal. 19: 1, 2.
Rom. 1: 20. Nos ergo in timore Dei, vera per Christum sapientia im-
buti, 1. Cor. 1: 30, etiam hoc die in vera pœnitentia opera Dei & bene-
ficia ex verbo Dei considerabimus, cum magnam secum habeant merce-
dem, Psal. 19: 14, quæ ex amore Dei fluit, qui nos vicissim amabit nobisque
se manifestabit, Joh. 14: 21. Maxima sunt Divina beneficia hoc tempore
nobis præstata, immo omnia, quæ in hoc Psalmo recenset David, præ-
cipue liberatio ab oppressione hostium, v. 40, 41. Ergo ex v. 42, gau-
dere possumus, conf. Psal. 118: 5. seqq. Consolatio hinc nascitur maxi-
ma; affl. Et enim, pauperes & moribundi cum oculis fidei opera
& beneficia Divinæ miserationis intuentur, certi sunt portam gratiæ
Divinæ ipsis patere, adeoque firmiter sibi persuasum habent, se per
DEum suum de hostibus tam corporalibus quam spiritualibus, de morte
& inferno triumphare posse. Rom. 8: 37, 38. 1. Cor. 15: 55. seqq.

Die II.

270

Die II. ad 12. Junii.

Concio I.

181

TEXTUS, Esaï. 24:5. cum exordiis suis in Conc. 2. diei 3. A. 1683.
habetur Fascicul. pag. 402. seqq. Versus 6. & 7. ejusdem capituli,
tibi quoque expositi sunt, qui licet nunc non recitentur, in usibus
tamen & applicatione locum habent.

1126.

Concio II.

PARASCL. Hos. 14:2, 3. conf. Cone. 1. diei 4. 1678. Fascicul. pag.
277. seqq.

TEXTUS. Ezech. 18: v. 30, 31.

EXORD. Jon. 3:3. seqq. conf. diei 4. Conc. 2. 1675. Falc. p. 191.
Quemadmodum Ninivitæ concionem Prophetæ pœnitentialem ad-
mittebant, (aliter Gen. 6:3.) judicium Dei jam jam imminens aver-
tentes; ita & nos in Textu *Ipsum Deum* concionantem, & ad veram
pœnitentiam nos adhortantem, audiemus: *tempus beneplaciti Divini*
& Salutis diem. Esaï. 49: 8. vere pœnitentes observabimus, hacq;
die nostra, que ad pacem nostram pertinent, Luc. 19:41. pie conside-
rabimus, corde & auribus percipiendo.

Divisam pœnitentialem Concionem, in qua not.

1. Paræcœve. 2. Propositio. 3. Uſus. v. et. 1. Sam. 3: 10.

DEI verba, quæ Textum nostrum in diviso nexu excipiunt, abunde
docent, DEI misericordiam nihil æque ac peccatorum pœnitentiam
desiderare: Non volo mortem morientis. Potuisset Deus ex justo ju-
dicio tradere Judæos in reprobum sensum; Rom. 1:24. &c. ad 28. incl.
plurima enim indurationis sua signa dederant; quippe à vers. 19.
Ezech. 18. judicium instituitur inter DEum & ipsos, exceptio illorum
prior diluitur, ad vers. 24. altera v. 25. ad finem usque solvitur.
Maxima fuit hujus gentis impudentia, & protervia, v. 29. contra
Spiritus S. testimonium, Deut. 32:4. contra illorum in legem zeloty-
piam, Actoř. 21:20. Dura cervicio homines, incircumcisæ corde & au-
ribus, Act. 7:51. bis impie exclamant: non justa est via Domini;

pleo

C

pleno itaque jure, his suum opponit judicium DEus: propterea iudicabo;
 & quidem hujus iudicis certitudinem addit, ne gratis hoc sibi dictum
 putarent: **בָּנֶם אֱנוֹנוֹ וְהֹוָה**, *Dictum Domini DEI*, quod quinque
 in hoc capite occurrit, v. 3, 9, 23, 30, 32. Tamen in media ira, gratia
 meminit, & ex intimis misericordia visceribus, *Luc. 1:78.* conversione
 ipsorum & penitentiam desiderat, concione hac penitentiali, in
 qua not.

I. PARASCEVE, que admonitione absolvitur. Estque admo-
 natio prorsus sincera: **שׁוּבוּ וְתִשׁוּבוּ** convertimini & revertimini ab
 omnibus prævaricationibus vestris; qui loquendi modus intensissimum
 DEI auctorem, quo Judæorum & omnium peccatorum penitentiam
 ardenter desiderat, ob oculos ponit. *conf. Jer. 3: 1, 7, 12, 13, 14, 22.* &
4:1. NB. *Ezech. 33:11.* **שׁוּבוּ שׁוּבוּ** convertimini, convertimini, sa
 omwänder eder doch etc. quo nihil efficacius dici potest. His for-
 mulis conversionis actus indigitatur, qui est convertere se & reverti,
 sc. ut homo peccator, prævia Divinæ illuminationis luce, exclusis
 naturæ viribus, *1. Cor. 2:14.* *2. Cor. 3:5.* Nihil enim ad conversionem
 suam conferre potest homo; nec tamen illa immediate fit, medium
 autem est verbum DEI, *Rom. 10:17.* per quod intimam suam cor-
 ruptionem homo agnoscere discat, vera peccatorum agnitione, *Pla-*
gi. 5. *confessione.* *Psal. 32:5.* & *38:19.* *contritione,* *Ps. 102:5.* & *143:4.*
 & detestatione, *Rom. 7:24.* fese coram DEO humilians; & tunc
 vera fide ad Christum mediatorem unicum, confugiens, ex cuius
 plenitudine gratiam pro gracia accipit, *Joh. 1:16.* tandemque vere
 justificatus ipsi servit in sanctitate & justitia, *Luc. 1:75.* Inque sui
 abnegatione, *Matth. 16:24.* De conversione vide plura in Fasicul.
 pag. 196. &c. Ne autem quis dicat ejusmodi mandatum: convertimini,
 vel nimium tribuere nostris viribus, contra fauam doctrinam, di-
 versis hereticis oppositam, *Ephes. 2:1 - 4.* *Phil. 2:13.* vel frustra id
 homini injungi, quod præstare nequit; sciendum, quod ubi similia
 occurunt mandata, e. g. *Deut. 10:16.* *Jer. 4:4.* *Joël. 2:12.* &c. tunc
 respiciendum ad gratiam Dei, que ipsa id præstat, quod à nobis in
 conversione exigitur, *Deut. 30:6.* *Ezech. 36:26.* ista a. imperativa or-
 kendunt debitum nostrum, *Deut. 30:19, 20.* ne gratia prævenienti
 refi-

1128
182

resistamus, Matth. 23:37. Apoc. 3:20. referenda quoque saepius ad statum renovationis, ubi collatis a DEO novis viribus, per virtutem Spiritus S. aliquid boni efficere possumus, 2. Cor. 4:16. Ephes. 4:23, 24. Si quis instare velit, quod hie dicatur, non solum כְּנָשׁ convergimini; sed etiam רְשִׁוֹןָם quod ex natura conjugat. Hiphil, & ex usu vocis, actionem nostram requirat, e. g. Nehem. 5:11. restituente agros &c. 2. Chron. 28:11. remittatis captivos. Verum respondeamus, verbum etiam vim conjugationis suæ retinere posse, si ex hoc eodem Prophetæ, Ezech. 14:6. suppletur, h. l. & convertite facies vestras ab omnibus prævaricationibus vestris, nam & prius Ezech. 14:6. Leguntur ut in textu nostro conjuncta verba שְׁבוּ וְרִשְׁוֹןָם revertimini & convertite (facies vestras) ab idolis vestris, ut sic monitum, secundo loco hic additum, conjugat studium emendationis in tollendis scandalis prioribus, post concessam a DEO conversionis gratiam; De peccatoribus penitenter priorum actionum recordantibus, dicitur Esai. 46:8, convertite vos, vel revocate hoc ad cor vestrum: de penitentia quoq; continuata fructu, hic Ezech. 18:32. וְרִשְׁוֹןָם id est convertite facies vestras à malo & vivite. Alibi, præter loca allegata, in illa forma non occurrit. Omisit vocem prior versio Svetica, emendatior v. de A:o 1703, habet: och låter eder omvända. quod autem in priori legitur ex Hebr. etiam v. 30. ifrån eder Gñwerträdelse / in recentiori omissum est.

Unde v. revertendum illis, sc. ab omnibus prævaricationibus, מְלַכְּתֵיכֶם intellige omnia omnis generis peccata, quibus legem DEI transgredimus, vitiosos motus internos, horum foras eruptiones per deductionem in peccaminosum actum. vid. Esai. 59:12. Fascic. pag. 439. Notetur, sincere cum DEO in sacro & salutari penitentia opere agendum, omnibus peccatis valedicendo, 2. Cor. 7:1. ne in hypocrisia coram DEO incidamus, Esai. 29:13. Syr. 1:35. sed fiant omnia in veritate & justitia, Esai. 48:1.

II. PROPOSITIO, Divina itidem est adhortatio, cum mandato conjuncta, tum remotive, quid illis fugiendum: v. 31. projicite a robis omnes prævaricationes vestras: & objecta circa quæ peccarunt,

imprimis idola, & actus peccaminos quoslibet abjicerent, Esai. 28. Ezech. 20:7. &c. tum positive adducitur, quid faciendum postquam veterem hominem eximus, Ephes. 5: 22. sc. Duo requirit Spiritus DEI, cor novum & spiritum novum. Hæ voces multum in recessu habent. Cor non semel intimam corruptionem humanae naturæ & pessimos pessimæ arboris, peccati originalis fructus, indicat. Gen. 6:5. Jer. 17:9. Esai. 44:18, 19. & 29:13. Ezech. 2: 4. Zach. 7: 22. Matth. 12: 35. Actor. 8: 21, 22, 23. & 5:3. Est natura sua fons scaturiens, omne id quod nos coram DEO inquinatos reddit. Matth. 15:19. conf. Jerem. 6: 7. Huic omnia carnis opera adscribuntur, Gal. 5: 19. Cor a. novum officina est Spiritus Sancti, 2. Cor. 6: 16. Ephes. 3: 17. omnesque spiritus fructus Gal. 5: 22. Ephes. 5: 9. ipsi attribui possunt, & tam in intellectu quam in voluntate, suavem harmoniam cum voluntate Divina infert. Novum v. redditur, quando ex lapideo fit carneum, legis malleo contusum, & oleo Spiritus Sancti per Evangelium emollitum. Ezech. 11: 19. & 36:26. Jerem. 31:33 Per Spiritum novum omnes boni motus auctore Sp. S. intelliguntur cum huic soli cor vacat expulsis mundi, avaritiae, superbie &c. spiritibus. NB. Hie gradum & ordinem in conversione notanter servari, primum sc. purificandum esse cor, præviis illis actibus, puta illuminatione & regeneratione, quos deinde justificatio, & sanctificatio in nova obedientia excipiunt. Non debet cor novum & spiritus novus in homine converso divelli, hinc in Scripturis conjunguntur. Confer præter loca proxime adducta, Psalma. 51: 12. Quid autem sibi velit phrasis in Textu; facite vobis &c. ? accurate tenendura, quod hæ ipsa propriæ nostræ viribus nihil det in sacro conversionis opere, licet enim præcipiat hoc DEus, non tamen in nostra potestate situm est, id ipsum effectu dare; quin potius hinc excitetur ad propriam infirmitatem agnoscendam, & debitum nostrum, Deut. 6:5. quia per hujus modi præcepta, ipse DEus in nobis operatur conversionem, adeo ut nostrum sit orare, ut per ipsius gratiam, qui hæc præcipit, id ipsum præstare possimus, Psal. 51: 12. Jer. 17:14 & 31:18. Joh. 15:5.

III. Usus SACER & HUJUS CONCIONIS maximus est: sc. remissio peccatorum & evitatio peccatum mortis. Prevaricationes non erunt vobis in offendiculum iniquitatis. h. e. non erit causa exitii vel lapsus. Ezech. 7:19. & 14:3. Jer. 5:25. Mortem etiam, in quam præcipites ruere, quamque impotentia vestra vobis adtrahere videmini, v. 31. Hol. 13:9. evitabilis v. 21. & 27.

Diccamus, quod clementia DEI nos ad penitentiam ducat; Rom. 2:3, 4, 5. semper vera fide ingeminantes: trahit nos, gratia & spiritus sanibus, ut curramus post Te. Cant. 1:4. nihil pro more seculi, proprie confidentia in spiritualibus, & propriis arbitrii viribus in conversionis punto dabimus. Jer. 13: 23. Sed DEO, cuius solius opus est, hoc unice debebimus. Evigilate ergo O secundum adhuc Phosphorus divinae gratiae vobis lucet, ut vos illumineas IESUS Christus. Ephes. 5: 14. Esai. 60: 1. Ut in cordibus vestris sis ipse exortatur. 2. Pet. 1:19. Aperite pulsanti ad fores cordis vestri, Apoc. 3: 20. Ut inveniat diligentem animam vestram. Cant. 3: 4. Ne contristate Spiritum DEI, Ephes. 4:30. semper in auribus vestris sonent verba. Apoc. 2:23. & 2:5. Beatus & sanctus est, qui habet partem in resurrectione prima, (spirituali a peccatis) super illum mors altera (aterna, mors prior est spiritualis) non habet potestatem. Apoc. 20: 6. Hoc penitentibus dictum est, qui, quemadmodum in novitate vite ambulant; ita & cum DEUM sibi propitium & gratiosum esse sciant, libenter omnes propter amorem Ipsiis perferunt calamitates, quas quoq; omnes per illum superant, Rom. 8:37. Tandemque debellatis peccato, mundo & carne, in DEO suo iustorum satiabuntur. Apoc. 2:17. & 3:5. circa usus conf. ultius Falsicul. Hom. pag. 196. 197. & passim alibi.

Concio III.

Parase, 2. Chron. 14:14. ultima versus verba hominum imbecillitas respectu DEI tradunt. Quemadmodum hoc in omnibus actionibus nostris experimur; ita præcipue in bello gerendo, depre-

1131. henditur vanitas & infirmitas brachii carnis ; 2. Chron. 32: 7, 8.
Idem docet Textus.

TEXTUS. Psalm. 33: v. 16, 17, 18.

Exord. Psal. 147: 10. Videamus in allato dicto quid DEO displiceat, quidque Ei placeat. Non delectatur robore equi, nec in memoribus viri, &c. Quod non ita accipendum, ac si DEus odio ducetur in res a se creatas; bonus enim Jehovah omnibus; &c. Psalm. 145: 9. Sed intelligendum de confidentia illa, quam homo in res creatas ponit, corde suo declinans a DEO. Jer. 17: 5. Tunc obtinet illud, Prov. 21: 30. Job. 39: 20, 21. Per femur indigitatur, robustus hominis; γένος enim solidissimas corporis humani partes osseras, femur vel crus denotat. Quid DEO placeat, tradit Psaltes: beneplacitum Jehovah est in timentibus ipsum &c. Vult ergo DEus ut in ipsis timore & bonitatis ejus spe, omnia hominum negotia, si modo optatum sortientur eventum, suscipiantur. Psal. 37: 4. Syr. 1: 16, seqq. & 25: 15 - 17. In Textu proponitur

FELIX DUX BELLI.

I. Quoad eus in se ipso imbecillitatem. II. Quoad veram in DEO firmitatem. Vot. Psal. 33: v. 20, 21, 22.

David verum belli ducem in praesenti loco formaturus, primo obstatula removet, quae successum a DEO intentum, impedita posunt, puta confidentiam in copias, & apparatum bellicum. Procedit hic Hieropsaltes per partes, tribus tria opponendo: tribus subjectis tria praedicata. Primum est Rex cum adjuncto לְרַבּ multitude exercitus, multa & copiosa manus, copiae terrestres & classis navalis. Et hic quidem intelliguntur milites, qui fidi sunt Ducis, generositate, strenuitate & præclaris factis incliti; qui que longa experientia bellica bellandi artem & scientiam sibi acquisiverunt: Id vult לְרַבּ; tamen cum his Dux confidit, addit Spiritus DEI hoc prædicatum: Non servatur Rex per multitudinem exercitus: quare; quia DEus non cum ipsis in prælio, 2. Paral. 25: 7, 8. Alterum subiectum est כָּבֵן, heros, gigas, cuius adjunctum כָּבֵן, magnitudo virium, εν πληθει ιχυος. Hoc nomine tam illi, qui singulari

184
1132.

gulari membrorum mole, præ aliis pollut fortitudine, quam periti
Duces militares intelliguntur; de his tamen dicitur: non eripiuntur
per magnitudinem virium; quia non pugnat cum & pro illis DEUS.
Psal. 89: 44. Tertium Equus, de quo dicitur, quod sit Ἐρυθρός men-
daciūm, ad salutem &c. utcunq; enim hoc animal extollat Jobus,
cap. 30: 22. ad v. 29. tamen mentitur salutem, h. e. nec seipsum, nec
in se confidentem lessorem suum, per magnitudinem roboris & per-
iculo eripere valet. Intellige etiam hic per metonymiam equites
s. equitatum, cujus tamen cornua & turma imbecillitate laborant;
quia non refugium ejus Jebovah, nec clypeus & parma, Psal. 91: 4, 9.
His omnibus repudiatis veram in DEO firmitatem tradit David:
Ecce oculus Iehovæ &c. benignus & gratiolus DEI aspectus. Oculus
DEI, providam Ipsiū omnium rerum curam denotat; in praesenti
autem loco speciem pro piis, quos providentia sua oculis, non
clausis vel aversis, sed intentis, perpetuo excubias agendo, respicit.
Psal. 32: 8. & 34: 16. 1. Reg. 8: 29. Job. 36: 7. Esa. 5: 5. 1. Pet. 3: 12; NB.
sunt enim illi ut David h. l. ait. 1. DEum timentes. 2. Misericor-
diam Ipsiū exspectantes: timore filiali ad præscriptum mandati Divini
ipsum honorantes. vid. Fascicul. pag. 41. 160. 162. non propriis viri-
bus aut meritis, sed omnia DEI misericordiae & gratiae tribuentes.
Fascicul. pag. 455. seqq.

Nos. veram in DEO esse fortitudinem, qui est Sol & Clypeus,
(scutum) psal. 84: 12. Frustra est illorum spes qua in divitiis &
copiis ponitur; non enim his salutis cornu DEUS. Psal. 18: 3. Pon-
amus hanc in verum Ihesu Christum DEUM. Psal. 41: 14. & 59: 6. præcipue
hoc turbulentio rerum statu; bella enim & cerramina domi & fo-
ras non defunt. Confidentia nostra sit in DEO, non in carne &
equo, Psal. 20: 8. REGEM CLEMENTISSIMUM sustentet DEUS,
tempore angustie & calamitatis, Psal. 20: 2. seqq. Pugnabimus cum
ipso armis spiritualibus, precibus & suspiriis, fieri tandem ut etiam
contra ultimum hostem pro nobis pugnet DEUS, 1. Cor. 15: 26. --

Die

Die III. (a.d. 10. Julii.)

1133.

Concio I.

Parascev. Elaj. 8:20, vid. Fasticul. diei 2, Conc. 1, 1686. p. 356.

TEXTUS. Syr. 4:15.

Exord. Joh. 12: 26. verba ultima. DEI cultum & hujus seu
etiam indicant. Phrasis Scripturæ, *DEum colere*, omnino honorem
erga verbum DEI importat: qui in eo consistit, quod illud temper oculis
& memoria obversetur, cordique insigatur, Deut. 6:6. Prov. 3:1.
Psa^t. 19: 1, 16. *Id non solum audiendo, verum etiam faciendo*, DEus
colitur, Ezæch. 33:31. Matth. 7:21. Jac. 1: 22, 27 in propriam & alio-
rum edificationem. Deut. 17: 18, 19. Jos. 1: 8. Præcipue hoc Ministris
verbi Divini invenit, qui rite secabunt verbum veritatis, 2. Tim. 2:
15, pure annunciant. Gal. 1:8. 9. Jerem. 23: 28. sine præceptis huma-
nis, Elaj. 29:13. ut opulenter in ilis habitet. Col. 3:16. Hic cultus
in hoc a mundi amore differt; quod eum hic caduc a respiciat, ani-
mumque continuis curis maceratum teneat, corpusque carceri quasi
includat: Divinus ille requiem dat animæ, Matth. 11: 29. Et quia per
verbum hoc *omnes* venerari discimus, *dat nobis potentiam*
filios DEI fieri: Joh. 11:12. *Lucus* Joh. 12:36. Cultus mundanus homines fi-
lios mundi & diaboli reddit, Matth. 13: 38. Act. 13: 10. 1. Joh 3: 10.
Bene itaque omni tempore à piis observatum est: *DEO servire*, li-
bertatem, imo regnare esse. vid. Fasticul. pag. 447. add. 1. Chron. 28:9.
Utilitas hujus cultus est maxima: *amabatur à DEO*, 1. Sam. 21:30.
Joh. 14: 21, 23, & 15: 10. Idem volt Textus noster, in quo propo-
nitur.

VERUS DEI CULTUS, CONSISTENS

I. In verbi Divini honore, II. In hujus sincero amore.

Quemadmodum insignis est Scriptor noster in vera sapientia
infillanda, quæ ex verbo DEI hauritur; ita etiam in praesenti capi-
te a ver. 12, inclus. ad 23, ejus excellentiam & fructum describit. In
Textu de honore & amore huic debito agit.

I. Ho-

1134

185

I. Honos, objectum suum ac modam respicit. Prius ipsa sapientia sc. verbum Dei est, in hoc enim veram collocat sapientiam cap. 1. s. Fons sapientie, πηγὴ σοφίας, sermo DEI altissimi. conf. vers. 14. Hunc sapientie, sc. verbo DEI, iam vult ut serviatur, si λατερόντες αὐτῷ, qui serviant ipsi, quod specialem cultum suorum infert, uti Etat. 61. 6. accipitur de ministris Dei, & verba in Textu idem probant, λεῖχεγησον αὐτῷ, ministrabunt Sancto, sc. Deo, ubi ipsum modum habemus, qui sacer ac deo natus erit, putant non nulli αὐτὰ αὐτῶν, Sanctum Sanctorum intelligi quod immundus homo intrabat. Hic est rectus cultus Dei. De modo honorandi V. D. aliquid in Exordio dictum est, adde e Fase. p. 667. & 673. seqq.

II. Amor V. D. cum iphius honore coincidit. Hujus amor est radix ex qua surgit ejus honor, & reliquæ virtutes Theologicae, 1. Cor. 13: 13. omneque quod ad veram fidem requiritur, Eph. 3: 12. Ipse Deus una cum amatur, cum verbo enim suo incitementa Divinitati amoris nobis offert. Hie amor qui simul in ipsum DEUM tendit, profuit ex fide Hebr. 11: 6. Gal. 5: 6. & obedientia cordis, Joh. 14: 15, 21, 23, 24. &c. expellit spiritum servitutis, 1. Joh. 4: 18. Rom. 8: 15. Mundi amorem contemnit, 1. Joh. 2: 15, 16, 17. Jac. 4: 4. etiam proximum respicit, Joh. 3: 17, 18. & 4: 11, 12, 20, 21. &c. vid. Fase. p. 649.

Seget usum est amplissima; facile quilibet plus minister gregem suum ex thesauro V. D. abunde pascet. NB. In Textu satis quod ulterius deduci potest, habemus: diligentes illum diligit dominus, confer Cor. 2: 9. 1. Petr. 1: 8, 9. Jac. 1: 12. ubi optima merces promittitur. Exclamandum ergo cum Jeremia cap. 22: 29. Pecna enim maxima secus scientibus constituta ac parata est, Deut. 7: 10. & 32: 41. Job. 8: 22. 11. 21: 9. 1. Cor. 16: 22. Consolatio ex Jer. 15: 16.

Concio II.

DARAS CEV. Jac. 4: 8, 9, 10. Falciculus die 3. Conc. 3. A: 0 1686, pag. 518. seqq. ibi autem 139 missus est. T. E. X. T. S. Jeremias 2: 13, 14. coram aliis datus EXORD. Joh. 14: 15, 16. Falciculus die 16. Conc. 2. A: 0 1689, pag. 599. seqq. Texius continet,

Divinam admonitionem ad ambulandum in pénitentie luce;
1135. 1. Superbiā deponendo. 2. Humilitatem settando. 3. Spem vanam...
dejiciendo. vot. Psal. 25: 4. s.

Quemadmodum justis & rectis exoritur lux &c. Psal. 112: 4. &
97:11. ita impioram lucerua extinguitur. Prov. 20: 20. & 13: 9. Job. 18: 5, 6.
Idem videmus in populo Iudaico; cum enim viam suam corrupisset
adeoque ad Indurationem usque peccasset, Ezech. 7: 12. Deus per Pro-
phetam in hoc capite ad vers. 15. ipsi annunciat duolicī prophetia, hie-
roglyphica in cingulo ad v. 12. & allegorica in utribus ad v. 15. quid
de illo decrevisset, v. 14. Gravissimum populi huius peccatum fuit
superbia v. 9. quæ in idololatriam ipsum seduxit v. 10. Prophetæ ita-
que adhuc illi censururus, Divinam & plane paternam admonitio-
nem adducit, ut ad meliorem redirent fragem.

I. SUPERBIAM EVITANDO. Audite & auscultate, ne inso-
lentes sitis. Ubi sumمام attentionem requiri, ne haec Divina ad-
monitio aures tantum feriret, veram etiam ad cor & animum pene-
traret, quod YHV importat. Deut. 5: 23, 24. & 6: 4, 5. Job. 42: 5. Psal.
48: 9. vertitur esterlyda Exod. 24: 7. Ita jam ad hæc vere bona nova,
quæ animæ ipsorum conducerent, aures & animum adverterent,
conf. Psal. 18: 45. Parem Divinam admonitionem habes, Esai. 28: 23.
B. 415
Inobedientia Sa-
lutoris omnia mali
Exod. 7: 12. Chal. 2: 2
Jerem. 7: 23, 24. & 11: 7, 8. &c. אל הָבֵרֶן ne insolentes sitis, super-
bia animum eorum adeo infectum tenebat, ut illos extra scipios
raperet, adeo ut fortis suæ obliiti, majora volverent animo quam
præstare possent. Ezech. 3: 10. aliter Psal. 131: 1. vox נְכֹז superbiā
etiam externam damnat in corpore, gestibus & vestitu, Esai. 3: 16.
Trotser icke / ut non jam se efferten, nec in contumacia ac sui ipsi-
us confidentia perseverarent, Prov. 3: 5, 7. Rom. 11: 20. conf. 1. Sam. 2: 3;
Psal. 49: 7. Jer. 50: 38. Ezech. 20: 27. Joël. 3: 4. Syr. 13: 4. Et ne Prophe-
tam hoc ex se ipso dixisse putarent, Jer. 5: 12. quia omnes maledice-
bant ipsi: Jer. 13: 10. scirent Deus per ipsum id indicare: quia Je-
hovah locutus est, conf. Esai. 1: 20. ut sc. perderet superbiā ipsorum;
v. 9. vid. Esai. 28: 14, 22. superbos etiam graphicæ depictos vide Psal.
73: 7, 8, 9. conf. Falc. p. 658, 659.

1736.

II. HUMILITATEM SECTANDO. Succederet mox alter
hospes simplex, humilitas, quæ e corde, regnante superbia, exulare
iusta fuit. Hanc commendat Propheta: date Iehova, D^OE^O vestro,
gloriam. Quæ phrasis in S. S. honorem Deo debitum utplurimam
indigitat. 2. Sam. 2:30. Psal. 22:24. Psal. 115:1. Rom. 4:20. cum autem
hic ex vera cordis coram D^OE^O humiliatione fluat, & ex detestatione
peccati, vult Propheta ut peccatorum agnitione, Jof. 7:13. 1. Reg. 8:33.
2. Chron. 7:14. (qui a. peccata sua negat, in D^OEum injurius est, 1. Joh.
1:8, 9, 10) usque sub manu D^OEI sese humiliando, D^OE^O gloriam da-
rent, 1. Petr. 5:6. Jac. 4:7, 10. Rom. 12:16. Hocque demum est non
conformari mundo, Rom. 12:2. sed cum t^o coram D^OE^O ambulare. Gen.
5:22. conf. Gen. 24:40. vid. Falc. p. 519. & 520. Cor enim in D^OE^O
quiescens, ac in ipso per veram humiliationem confirmatum, pro-
videntia Divinæ se totum tradit, Psal. 55:23.

186

III. SPEM VANAM DEJICENDO. Judæi multas fibi conce-
perant spes, ipsa vanitate vaniores. Præsidium suum in montibus
collocaverant, ut Idumæi Obad. v.3. seqq. quo forte fuga se periculo
eripere cogitaverunt. Psal. 11:1. Matth. 24:16. vel in Ægypto, quæ ut
alia regna, Psal. 104:32. per montes indigitatur; Quidquid demum
esset, svadet Propheta ut mature D^OEum vera penitentia placarent,
antequam tenebras induceret, antequam nox afflictionis & calamitatis
ipos obrueret. Esai. 5:30. & 8:22. Thren. 2:1. tarditatemque poenæ gra-
vitate compensaret: cum offenderent pedes suos ad montes crepusculi,
sive tenebrarum vel intempeste noctis, uti communiter Ηώ ab He-
breis accipitur. Prov. 7:9. Esai. 59:10. cum montes spei ipsos fallerent,
antequam in tantum inciderent infortunium, ex quo sine periculo
& damno emergere non possent, quemadmodum in tenebris, in sa-
lebrosa via, non sine periculo conficitur iter. Psal. 35:6. Joh. 11:9, 10.
1. Joh. 2:11. Imo tunc crepusculum desiderii ipsorum, in trepidationem
ipsis poneret Jobovah. Esai. 21:4. Job. 7:3. adeo ut licet lucem expecta-
rent, illam tamen in umbram mortis & in caliginem ponerent. Licet
sibi ipsis promitterent pacem & securitatem, Jer. 4:10. & 6:14. licet
Ægyptiorum opem expectarent, Jer. 37:7. Deus tamen omnem
illam spem vanam extingueret, & angustijs ipsos implicaret ut nullo

1137. modo se è manu ejus exticcare possent, Jér. 8: 15. & 14: 19. Amos. 8: 9.
88. Thess. 5: 2. quin imo confidentia ipsorum lucem in umbram mortis
poneret, תְּמַלֵּךְ tam terribiles iræ suæ tenebras ipsis induceret, ut
solus illarum aspectus & horror hinc conceptus, potis esset spiritum
ipsorum extinguere, Job. 10: 21, 22: & 38: 17. Psal. 107: 10. Esai. 9: 1.
Jer. 2: 6. In caliginem לְלֹא יָבֹא non quidem in simplicem, sed in ta-
lem qua desolationem secum veheret, Esai. 60: 2. Joël. 1: 2. Zeph. 1: 15.

APPPLICATIO. Suppediat Texius materiali, admirandi Dei
longanimitatem, & de supina hominum hujus negligentia, & proh
dolor! de detestanda apud multos indutio[n]e, querendi. Deus quo-
tidie gracie sue manus porrigit, Esai. 65: 2. Rom. 10: 21. animabus ta-
men nostris male prospicimus, Jer. 42: 20. peccatorum cumulos indies
augendo: vid. Fast. p. 35. & 38. & 40. (Quantis qualibusq[ue] vitiis infe-
cti sint homines, pro ratione Auditorum exponi potest: omnino superbia
exuenda, humilitas induenda.) Et quamvis Iudei id meruerant, ut
porta Divinae gratiae ipsis clauderetur, tamen patientem eam illis mon-
strat Jeremias. Nescit Spiritus DEI, terminum aliquem gratia sue
peremitorium. conf. Rom. 5: 15, 17, 20, 21. Eph. 1: 7, 8. & 2: 7. & 3: 8.
Fast. p. 455. Tamen hac ipsa gratia Divina pro genio seculi minime
abutamur, 1. Cor. 15: 10. 2. Cor. 6: 1, conf. Tit. 2: 11. Hebr. 12: 15. Jud.
vers. 4. Gal. 2: 21. Sed cor hac ipsa confirmandum, Hebr. 13: 9. ita fieri
ut nulla rerum vicissitudines nos de spe nostra deturbare valent;
Rom. 8: 37, 38. Non enim spes nostra talis ac hostium, Deut. 32: 31.
In Deum enim viventem confidimus, non in montes tenebrarum,
Psal. 46: 12. conf. Psal. 18: 2, 3. Hac ratione tenebras calamitatis &
infortunii hic evitemus, Psal. 23: 4. neque in tenebras extiores &
eternas incidamus, Matth. 22: 13. & 8: 12. sed Deo nostro in aeternum
uniemur, erique loce nobis omnia in omnibus, & habitabimus apud ipsum,
2. Cor. 5: 8. In eius luce, jam inaccessiblem, tunc lucem videbimus. Ps. 36: 10.
Ipseque nobis in aeternum lucebit, Es. 60: 19, 20. Apoc. 21: 23. & 22: 5. &c.
Sed etiam in aliis scripturis, ut in psalmis 102: 19. 103: 12. 104: 10. 105: 10.
CONCIO III. inquit in multis locis id est
Hic cum iis Exordiis & Usibus, in Fastis, dicit. Conc. i. A. 1676.
pag. 195. seqq.

274
187
1138.

Die IV. (a. d. 7. Aug.)

Concio I.

TEXTUS. *Ezaj. 25: v. 1.*

Hunc plene expositum, vide Conc. i. die 1. A. 1671. p. 95. seqq.

Concio II.

PARASC. Nah. 1: v. 7. vid. Conc. i. die 4. A. 1670. Fasc. p. 647. seqq.

TEXTUS. *Syr. 4: v. 33.*

EXORD. Psal. 45: 4, 5. Est epithalamium in honorem Sponsi JESU CHRISTI, qui Ecclesiam sibi per fidem despontit, Hos. 2: 20. non autem de Salomone & Pharaonis filia hic agit Psalmus, quod clare docet Paulus, Hebr. 1: 8, 9. Hujus sponsi v. 4, 5. describit Hieropaltes.

I. *Armaturam.* 2. *Nomen.* 3. *Gloriam.* 4. *Officium.* 5. *Effectum,* quæ singul. facile ex ipso textu monstrari possunt, & mysticum fundunt sensum, solatii plenum. Quemadmodum autem Goël noster, Leo ex tribu Iuda, Apoc. 5: 5. Ipse defendit veritatem suam in Ecclesia, h.e. veram doctrinam celestem; ita ex immensa gratia, præter verbi sui precones, etiam Ecclesiae nutritios dedit Reges, El. 49: 23: & Septentrioni præsertim hoc tempore valde afflito, concessit Leonem RÉGEM NOSTRUM CLEMENTISSIMUM, quem DÉUS benedictiones ponat in perpetuum, & exhibaret gaudio ante facies suas. Psal. 21: 7. qui ut verus Heros, ejus fortitudo est Jéhoval, Exod. 15: 2. Ps. 28: 7. & 43: 2. veritatem V. D. in terris defendit, & justam afflictorum agit causam. Quam gratiam nobiscum celebrant Silesii Evangelici. In hunc si- nem docuit manum ipsius bellum &c. deditque Ipse scutum salutis sue & dexterā suspeniat Ipsum. Ps. 18: 35, 36. Accingit quidem REX ad latus suum gladium mundanum, sed simul totam armaturam spiritualem sibi induit, Eph. 6: 11. quare & optimum habet premium defensæ veritatis. Textus nobis ob oculos ponit,

Premium defensæ veritatis.

Quam debit Divina virtus veritas, omnibus curæ esse & cordi, patet ex Prov. 23: 23. Zach. 8: 16. Eph. 4: 25. &c. Syracides multis ejus patrocinium commendat hic vers. 24: 30, adeo ut in textu dicat: usq; ad mortem pugna pro veritate, ubi obs. 1, Ip-

1139 I. Ipsam veritatis defensionem, Veritas pro qua pugnanda, heic est prae-
cipue fidei & religionis, cuius cura omnibus incumbit, veritas item morum,
actionum & virtutum intelligi potest. ἀγώνας, decerta, contendere, dimi-
ca, agoniza; quod monet omnes nervos intendendos esse in veritatis de-
fensione, omnesque vires exserendas, vid. Luc. 13: 24. Col. 1: 29. 1. Tim. 6: 12.
ea contentione qua moribundi in agone cum morte luctantur; 2 Tim. 4:
7. in his enim natura, ut se tueratur, omne suum robur expromit & ex-
tremum potentia sua extirrit. & ut olim pugiles in agone pro corona
certabant usque ad mortem, 1. Cor. 9: 25. Vitaque posthabenda, si Dei
gloria, religio & fides, vel salus publica id imperent, parati enim eri-
mus ad defensionem &c. 1. Petr. 3: 15. Si falsa doctrinæ lumen veritatis
celestis obfuscare velint, pro hac ipsa anxiè dicimandum: Si etiam
hostis apertæ vi hunc thesaurum nobis eripere annitur, conscientia que
libertatem frangere, etiam, ubi aliter non licet, externa vi, cum Deo,
illum repellamus. Etiam fratribus nostris in fide, opem ferre debemus,
nostramque operam illorum adjungere, ne conscientiis imponatur jugum.
Vid. Falc. p. 513, & 551. Hoc demum eximium secum habet præmium;

II. ADJUTORIUM DEI. Καὶ Κύριος ὁ Θεὸς πολεμήσει ὑπὲρ
εσθίων. Non solus certabis, nec hunc agonem sustinebis solus, Deus cum
et pro te pugnabit, Exod. 14: 14, 25. Deut. 1: 30. Hostes tuos tam tempo-
rales quam spirituales, (utrosque enim hæc pro veritate pugna respicit,)
pudore afficiet. Pl. 6: 11. & 35: 4, 26. Falc. p. 444. 445. 450. 583.
Habes fortē propugnatorem, Dominum Deum, quem promissio tam-
certitudinem auxiliū, quam boſsum oppressionem clarè indicat; non sub-
trahet Deus gratiam & auxilium suum, sed quia tu ipsius defendi-
sti veritatem, ita vicissim causam tuam contra hostes quoscumque aget;
De Deo bellatore conf. 1. Sam. 17: 47. 2. Chron. 32: 8. Pl. 18: 24.
Neh. 4: 20. de phrasi vid. Syr. 29: 16. Falc. p. 274. 275. &c.

Discamus, quam non sit res parvi momenti, veritatis pugilem age-
re, quamque sit hujus defensio necessaria Deoque grata; non ad stipu-
landum iis qui cum a malesanis veritati jugulum intentatur, incon-
stantiam suam produnt; quod arguit ipsos aut in veritate fundatos
non esse, aut pro hac nihil perferre velle; muti sic evadunt canes
Ez. 56: 10. mercenarii, fugitivi, Joh. 10: 12, 13. sacerdotes Amos. 6: 6.
Ergo, ut omnes, ita præcipue Ecclesia Minstri, qui aliis sanctæ doctrinae

pre-

275

1190

188

reire debent, 2. Tlm. 1: 13. hoc sibi quam maximè dictum putent; ipsis enim præcipue τὰ λόγια τῶν Θεῶν, oracula Dei, quæ ipsissima sunt Divina veritas, concredita sunt, se ipsis itaque probatos stant Deo, operarios non iudendos, qui recte secent NB. verbum veritatis. 2. Tim. 2: 15. & 4: 2, 5. Tit. 1: 9. & 2: 1, 7, 8. Semper corde & animo pervolentes, hanc veritatem esse verbum Dei vivi 1. Petr. 1: 23. quod in aeternum manet. v. 25. custodient custodiam Iehovæ, ut non moriantur, Lev. 8: 35. unusquisq; Neh. 7: 3. Num. 8: 26. 1. Reg. 2: 3. hanc ipsam firmiter tenendo, 2. Chron. 13: 11. die & nocte, Neh. 4: 9. & 12: 45. ut sit ipsis custodia sanctitatis & purificationis, ibid. ut cum Eti. 21: 8. Hab. 2: 1. certo exclamare possint, super custodia mea flabo, cum premitur veritas, pro illa pugnabo, quia Dominus Deus pro me. Hæc militia, si uilla alia, suos demum milites triumphatores, vera victoria ovantes, reddet. Triumphos agent de infestissimo veritatis hoste, Joh. 8: 44. de filiis ipsius, qui mendacium faciunt, Apoc. 21: 26. Triumphantum de ærumnis & calamitatibus quibuscumque, imo de morte & inferno. Et quia legitime certarunt, coronabuntur, 2. Tim. 2: 5. corona ornatus, Esaï. 28: 5. Ez. 16: 12. corona decoris. Eti. 62: 3. corona glorie, Jer. 13: 18. Bar. 1: 2. corona justitiae, 2. Tim. 4: 8. corona honoris, 1. Petr. 5: 4. Tandem corona vita, quam nemo tolleret. Jac. 1: 12. Apoc. 2: 10.

Iesus reliqui de veritate morali, & de fugiendo mendacio, facile addi possunt. conf. Easc. p. 179. 263. 439. &c.

Concio III.

Paraſc. Ezech. 33: 11. Falc. p. 505. Videmus intimum amorem Divinæ misericordiæ erga peccatores; nos itaque proximum errantem, omni studio in viam reducere annitamur, &c.

TEXTUS. Jacob, 5: v. 19, 20.

Exord. 1. Petr. 4: 10. Insigne hocce monitum, respicit quidem omne officiorū genus, quod proximo præstatur, præcipue a. spirituale intendit; hoc enim ex vera caritate & ardenti amore fluit vers. 8. In textu videmus,

Mutuum Christianorum officium.

I. Quoad aëtum. II. Quoad fructum.

I. Aëtus relipit (a) subjectum, quod est proximus aberrans, πλανῶν est a via abduci, vagabundus errare per devia; ita proximus ubi habenat V. D. non audit, instar equi furibundi in peccatorum & errorum devia fertur

aber
ranc

1141
fertur, præcepsqne in exitiū ruit; oberrationis periculum tanto est perni-
ciosus cum sit. ἐπὸ τῆς ἀληθείας hinc (β) objectū, a veritate, puta V.D.
& cœlestis doctrinæ, dum falsa & fanaticæ dogmata animo foveat, vitam
etiam agit agitæ veritati minus convenientem, vid. 2. Petr. 2. cap; sedula
ergo danda opera ut ejusmodi errans frater in viam reducatur, qui (γ) est
ipse actus, convertere, vox Græca de his usurpatum, qui ulterius progredi-
nolunt, sed averso corpore & facie pedem referunt; ita eos qui ante peccato-
rum mancipia fuerunt, aversi à Deo, gressu velut in contrariū mutato,
Deo adjuvante, reduces ad ipsum faciamus. Act. 26: 18. Et 42: 7. idque
assiduis monitis & precibus pro illis. Matth. 18: 15; 16. Gal. 6: 1.

II. Fructum, qui duplex est. (α) Servatio animæ à morte, 1. Thess. 5: 23,
servatio animæ & corporis intelligenda, 1. Petri 1: 9. Anima servatur,
cum mentis ignorantia pellitur, Joh. 17: 3. cordis durities tollitur, Ez. 11:
19. totu[m]q[ue] homo, se dat justitiæ & sanctitati, Eph. 4: 20. conf. 1. Tim.
4: 16. (β) Testio multitudinis peccatorum: Non tam conversor sua pecca-
ta obteget, vel sui & conversi simul, quam solius hujus; ejus enim
peccata obteguntur, cuius anima a via erroris revocatur, conf. Prov. 10:
12. 1. Cor. 13: 5. 6. 7. Tota hæc opera pendet ex vi & efficacia V.D.
Ps. 19: 8. 1. Tim. 4: 16. In Christo, Act. 2: 38. & 3: 19. & 13: 38. &c.

USSUS. Non parum proximo debemus, cum etiam saluti animæ ipsius
invigilandum; alias sanguinis ipsius rei sumus, & judicium nobis positu[m]
sciamus, Jac. 2: 13. Deus vult ut vel inimici boven & asinum a via aberran-
tem reducamus, Exod. 23: 4, quanto magis hæc opera erranti fratri lo-
canda, cuius animam proprio sanguine redemit Christus, 1. Petri 1: 9. Rom.
14: 1. 1. Cor. 9: 22. Si Judex Christus in extremo iudicio, cibantem & po-
tantem commendabit, Matth. 25: 34. quantum ipsi dabit qui ipsi lucratus
est animam, conf. Matth. 10: 18. & 16: 20. Pii u[er]o anima in fasciculo viven-
tium ligabitur; &c. 1. Sam. 25: 29. conf. Sap. 3: 1. Hoc sacro opere
optime finiamus Dies solennium precum, si etiam in tam sacro pro-
posito pergitimus, hoc angusto belli tempore, augustam gratia lux por-
tam nobis aperiet DEus, REGEMq[ue]; AUGUSTISSIMUM incoludem,
victoriis & triumphis immortalem, quantocius nobis restituet. Simus

memores dicit, 1. Petr. 1: 22, 23. & 2. Petr. 1: 6 -- 10. Sic conseq[ue]ntur
recedit ex amicis, 1. Cor. 11: 15. Iacobus 1: 12. 1. Petr. 1: 13. 1. Cor. 11: 15. I

quod ibid. v. II, promittitur,